ad quietationem praeterea Ultra proximos officij praefati Castrensis Capitanealis Praemisliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes, ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia paenis simplicibus Vel triplicatis, Evasionibus suspensionibus fatalibus Juris praescriphone Terrestri bello Conventioneque ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo, nec eo modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

2027

Gazeckich mutua advitalitas.

125

Comparentes personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Generosi Joannes Gazecki olim Generosi Petri Gazecki cum Generosa olim Dorothea Zinowska Consorte eius legitima procreatus filius ab Una et Catherina Glozicka Generosi Alexandri Glozicki cum Generosa olim Zophia Przyl... Consorte eius legitima procreata filia parte ab altera Coniuges legitimi. Et quidem Consors cum eiusdem Mariti sui Uti Tutoris Coniugalis personali authoritate et assistentia ac Ultroneo ad infrascripta recognoscenda Consensu Sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti Vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet, secum successoribus, ac bonis suis generaliter, omnibus totaliter et planarie incorporando aliique subijciendo, palam, libere, publice ac perexpressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi sibi mutuo et invicem, Una pars alteri omnium generaliter bonorum suorum mobilium et immobilium, haereditariorum et obligatoriorum, summarumque pecuniariarum quarumvis, nec non auri, argenti, Clenodiorum, Vinorum, margaretharum Vestium Vestimentorum tum stanni aeris cupri orichalci, pecorum

pecudum, Equorum, equireá, ac totius Suppellectilis domesticá in quacunq; forma et materia existentium nunc habitt et in post habere muchiam Advitalitatem et Usum fructum ad extremá Vitá Utriusq; eorum tempora tantum modo et non Ultra inscripserunt, concesserunt et assignaverunt, prout inscribunt
2020 concedunt et assignant prásentibus tali Videlicet modo et Conditione. Quodsi prius práfatum Generosum Joannem Gazecki Maritum quam ipsam Generosam Catherinam Glozicka Consortem ipsius mori et de hac luce decedere contigerit exhunc eadem Generosa Catherina Glozicka Consors sua bona Suprascripta omnia et summas pecunarias morte prádicti Mariti Sui derelinquere cum omni eorundem Jure Dominio et proprietate Competentiaq; et prárogativa quavis omnibusq; et Singulis eorundem Utilitatibus et Usufructibus tenebit habebit et possidebit, illisq; quiete et pacifice Uti fruetur ad extrema duntaxat Vitá suá tempora. Post fata Vero Generosá Catherina Glozicka práfatá Consortis exhunc prádicta bona et res generaliter omnes inscriptioni prásenti subiectá morte prádicti Mariti sui derelinquere ad Successores prá nominati Mariti Sui, sine quovis impedimento, et contradictione Successorum prádictá Consortis suá totaliter et plenarie devolventur. Similiter quoq; si prius práfatam Generosam Catherinam Glozicka Consortem Suam quam ipsum Generosum Joannem Gazecki Maritum suum mori contigerit, ex tunc idem Maritus bona suprascripta generaliter omnia morte prádictá Consortis suá derelinquere, cum omni Jure Dominio et proprietate tenebit, habebit, et possidebit, illisq; quiete et pacifice ad extrema duntaxat Vitá suá tempora Uti fruetur. Post mortem Vero et de hac luce decessum eiusdem Mariti sui ex tunc bona suprascripta morte eiusdem Consortis suá derelinquere ad Successores suos sine quovis impedimento et contradictione Successorum mariti sui totaliter et plenarie devolventur. His suis ipsorum generalibus recognitionibus ad prámissa mediantibus

Sechimiczki.